



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Peccata uenialia timenda sunt propter tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

cundo, quia infructuosus; sic peccatum est. Quid nobis (inquit sapiētia) posuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? transferunt omnia illa tanquam umbra. Rom. 6. Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Tertio quia durus, sic peccatum reddit cor hominis durum. Iob. Indurabitur cor eius quasi lapis, &c. Zacha. cor suum posuerunt, adamantem, ne audirent legem. Hier. Indurauerunt facies suam super petram & noluerunt reuerti. Quarto, quia ponderosus; unde Gregorius. Omne enim peccatum graue est, quia non permittit animam ad sublimia leuari, &c.

Sap. 5.

Rom. 6.

Iob. 41.

Zach. 7

Hier. 5.

Grego.

Peccata uenialia timenda sunt propter tria.

Primo, quia pro talibus ad iudicium Dei sumus trahendi. Matth. De omni uerbo ocioso quod locuti sunt homines, reddituri sunt rationem in die iudicij, &c. Secundo, timendum est, ne per uenialia debilitetur homo, quod in aliquod mortale cadat. Eccles. Qui spernit modica, Ecc. 19

Mat. 12

Ecc. 19

Q 6

CHRISTIANA

- Grego.** paulatim decider. Gregorius. Si ista minima negligimus insensibiliter subducti audacter maiora perpetramus.
- Hydo** Hâc eandem sententiam sequitur Isidorus inquit. Iudicio autem diuino in reatum nequiores labuntur, qui distinguere sua facta minima contemnunt. Tertio timendum est ne multa leuia, unum grande efficiant sicut solent ex paruis & minutissimis guttis, immensa flumina crescere.
- Auguf.** Vnde P. Augustinus ista leuia nolito temnere, si contemnis quando apprehendis, expauesce quando numeras.
- Bernar.** Bernardus. Qui delicta sua existimant esse parua, cadit in deteriora prioribus. Timeamus igitur peccata uentilia, ut etiam mala quæ oriri possunt caueamus, &c.

Peccata dicuntur tenebræ tripliciter.

1. Io. 1. **P**rimo, quia non perpetrantur nisi ab his qui sunt in tenebris & cecitate mentis inuoluntati. **Qui odit fratrem suum in tenebris est, & in tenebris ambulat, &c. Pro. 4** Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruant, &c. Secundo, quia tenebras querunt, qui peccare uolunt